

Jan Niedziałek

"Compendium Philosophiae Moralis", Edmund Elter, Romae 1934 : [recenzja]

Collectanea Theologica 16/4, 696-698

1935

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

sam przyznaje w słowach wstępnych. Zaś poglądy swe odnośnie do Pism St. Testamentu opiera H. na teorii nowoczesnej krytyki liberalnej. Opis dziejów Izraela przypisuje on t. zw. Deuteronomiście z 8. stulecia przed Chr.; wymysłem jego fantazji jest według H-a opis w ks. Jozuego i Sędziów o tępieniu pierwotnych mieszkańców Palestyny (str. 427), wątpi czy Jozue jest historyczną postacią (426).

Katowice

Ks. J. Jelito

Elter Edmundus S. J., **Compendium Philosophiae Moralis** (in 8^o, pp. 290). Editio altera. Romae, apud aedes Universitatis Gregorianaе, 1934.

Prima huius operis editio prodiit anno 1929 ad usum privatum auditorum Universitatis Gregorianaе, haec est editio altera emendata et aucta et publica.

Compendium Philosophiae Moralis R. P. Elter continet quaestiones, quae in huiusmodi operibus tractari solent, nempe: partem generalem de normis sive regulis activitatis humanae et partem specialem de diversis statibus et conditionibus vitae humanae. Cl. auctor in expositione theseos clare et stricte statum quaestionis explicat, diversas sententias auctorum catholicorum discernit, in probatione solida et profunda argumenta proponit. Indoles stricte speculativa huius libri lectionem difficilem facit, sed fructu abundantem. Etenim cl. auctor ostendit se maxime versatum in operibus S. Thomae et aliorum classicorum auctorum scholasticorum, propterea ad interpretationem authenticae mentis scholasticorum in quibusdam quaestionibus confert et maiorem libertatem in sequendis sententiis habet, quae cum ita sint nonnullas sententias differentes a fere communiter receptis nunc in manualibus Ethicae defendit.

Specialis mentio sequentium facienda est. Ut norma moralitatis natura humana, rationalis, complete spectata consideratur, sed pacifice haec sententia conciliatur cum aliis sententiis et cum doctrina S. Thomae, nam diversae normae sibi subordinatae agnoscuntur. Diversitas sententiarum de norma moralitatis inter auctores catholicos per hoc explicatur, quod alii normam proximam alii magis remotam indicant. Consequenter ad doctrinam de norma moralitatis lex naturalis concipitur uti exigentiae naturae humanae rationalis; in favorem talis conceptionis legis naturalis citantur Dominicus Soto, Vasquez, Joannes a S. Thoma, Sertillange, Gillet et alii, immo conciliatur cum notione legis naturalis multorum auctorum, qui legem naturalem in dictamine rationis practicae consistere affirmant. „Quae tamen

differentia, dicitur, non rem ipsam, sed solum modum loquendi, ut facile demonstrari potest, tangit. Etenim, asserendo legem esse aliquid rationis, S. Doctor (S. Thomas) minime affirmat legem esse ipsum actum, sed id quod actu mentali exprimiur“ p. 51. *Obligatio legis naturalis explicatur per naturam actionum ipsarum, in ordine ad finem ultimum spectatarum, quas lex dicta praecipit vel prohibet. Voluntas humana moraliter ligatur „etiam independenter a cognitione cuiuscumque divinae iussionis, percepto necessario nexu inter actionem quandam vel omissionem et finem absolute necessarium“* p. 55.

Inter theses de norma moralitatis et conceptu legis naturalis et principio obligationis moralis cohaerentia adest. Periculum tamen manet, ne ex principio obligationis moralis tali modo concepto autonomismus moralis deducatur. Inclinationes enim naturae humanae, rationalis manifestantur in iudiciis practicis et finis absolute necessarius et connexio cum eo quorundam actionum cognitione rationis statuuntur, — sic ultimam haec omnia ratione determinantur. Cl. auctor conscius est huius objectionis, propterea facit scholion de discrimine inter doctrinam in sua thesi propositam et autonomismum Kantii. Deinde ultimum fundamentum obligationis moralis in essentia divina agnoscit.

R. P. Elter gratias agere debemus pro optima elaboratione quaestionis de fundamento potestatis publicae in societate civili. Communiter nunc auctores catholici tenent potestatem publicam immediate a Deo ad determinatum subiectum descendere; a sua sententia distinguunt sententiam Suarezii et veterum scholasticorum: potestatem publicam immediate a Deo ad totam communitatem descendere et communitatem per consensum potestatem publicam ad determinatum subiectum transferre. Cl. auctor mentem veterum scholasticorum investigaverat et reperit, quod haec sententia est propria solum Suarezii et S. Bellarmini et auctorum catholicorum saec. XVI—XVIII, scholastici autem medii aevii communiter aliam sententiam tenuerunt. Auctores moderni hac in re doctrinam scholasticorum medii aevii cum doctrina Suarezii iniuste confundunt. Scholastici medii aevii communiter docuerunt: potestatem publicam mediate tantum a Deo procedere, esse effectum operationis humanae ex naturali impulsu ortae, ad determinatum subiectum per consensum expressum vel tacitum pervenire. Ad confirmandum talem esse mentem veterum scholasticorum, cl. auctor praebet longos textus ex operibus fere omnium magis notorum scholasticorum saec. XIV et XV. Ipse cl. auctor hanc sententiam praefert sententiae Suarezii et modernorum auctorum et videtur iuste.

In Compendio animadvertitur defectus sententiarum auctorum acatholicorum, qui debent esse allati non solum ratione historiae sed etiam ad melius perspicendam doctrinam scholasticam. Cl. auctor tamen excusatus esse potest, nam pro fine

non praefigit sibi, ut ipse in proemio scribit, doctrinam moralem „in sua plenitudine exponere... sed medullam quasi eorum quae in ethica tractari solent et debent“.

Quod ad ipsam editionem attinet, magis perspicua divisio materiae tractatae v. g. in capita, articulos, et in fine exactior index desiderantur.

Ianów Podlaski.

Joannes Niedziałek.

Scheller Emil, Dr. med. et phil. et theol. **Das Priestertum Christi im Anschluss an den hl. Thomas von Aquin.** Paderborn 1934 str. 448, RM. 7, 50.

Centralny dogmat chrystologiczny — sacerdotium Christi — traktowany w dzisiejszej literaturze teologicznej przeważnie ze stanowiska ascetycznego, znajduje w dziele dra Schellera wszechstronne opracowanie. Zgodnie z założeniem, ośrodkiem całej rozprawy jest kapłaństwo Chrystusowe w świetle nauki św. Tomasza z Akwinu, którą autor, grupując głównie w trzech rozdziałach (Textanalyse, Textgenese, Textsynthese), przedstawia w sposób godny naśladowania. Celem jednak wyczerpującego opracowania problemu, dzieli A. swą pracę — co uważa za istotne — na trzy części. W pierwszej (Ideengeschichtliche Grundlegung, str. 35—82) rozwija S. pojęcie kapłaństwa w ogólności na tle danych z historii religii i głównych systemów świata starożytnego. Przy pomocy sumiennej analizy kreśli pojęcie platońskiego uczestnictwa i arystotelesowskiego pośrednictwa, jako podstawy omawianego problemu. W części drugiej, najobszerniejszej (Dogmengeschichtliche Entfaltung, str. 83—393), starając się iść po linii metody historii dogmatów, przedstawia A. ideę kapłaństwa Chrystusowego na tle faktów objawienia, herezji i nauki teologów aż po czasy obecne włącznie. Uderza tu fakt włączenia do rozdziału zatytułowanego „Die Lehre der Offenbarung vom Priestertum Christi“ orzeczeń najwyższego kościelnego magisterjum, a wyłączenie nauki Ojców kościoła. Część trzecia (Systematische Darlegung im Geist des hl. Thomas von Aquin. Das universale Priestertum Christi, str. 394—428), jest poświęcona systematycznemu ujęciu powszechnego kapłaństwa Chrystusowego. Całość jest zamknięta sumiennym indeksem bibliograficznym (są też uwzględnione źródła niedrukowane), imiennym i analitycznym.

W kwestji dotyczącej istoty kapłaństwa Chrystusowego wypowiada A. następującą tezę: „Der Wesensgrund des Priestertums Christi ist der Wurzel nach direkt (in recto) die Gnade der Vereinigung, indirekt (in obliquo) die Gnade des Hauptes“